et pastoralem et dealagorum et multa alia fecit. Hic augmentavit in canone dies que nostros usque ad finem misse, Anglosque convertit ad dominum Christum. Hic fecit ut missa super corpus beati Petri caneretur. H. ord. ep. 62. pr. 39. d. 5.

Sabinianus n. Tuscus de civitate Blera ex patre Bono sedit a. 1. m. 5. d. 8. Hic addidit luminaria in aecclesia beati Petri. H. ord. ep. 26. LVII

Bonifatius n. Romanus ex patre Iohanne sed. m. 8 dies 22. H. ord. ep. 21. LXVIII

Bonifacius n. Marsorum de civitate Valeria ex patre Iohanne medico sed. a. 6. m. 8. d. 13. H. ord. ep. 36, di: 8. LXVIIII.

Deusdedit n. Romanus ex patre Stephano subdiacono sed. a. 3. d. 33. Hic dilexit clerum multum. H. ord. ep. 39. pr. 14. d. 5. LXX.

Bonifacius nat. Campanus de civitate Neapolim ex patre Iohanne sed. a. 5. Hic constituit ut nullus traheretur de ecclesia. H. ord. ep. 29. di. 4. LXXI.

Honorius n. Campanus ex patre Petronio consule sed. 12 m. 11. d. 18. Huius tempore levate sunt trabes in ecclesia beati Petri. H. ord. ep. 81. pr. 13. di: 11. LXXII.

Severinus n. Romanus ex patre Abieno sed. m. 2. d. 4. H. ord. ep. 4. LXXIII.

Iohannes natione Dalmatia ex patre Venantio sed. a. 1. m. 9. d. 18. Hic per omnem Dalmatiam et Istriam multas pecunias misit ad redemptionem captivorum qui predati erant. H. ord. ep. 4. LXXIIII

Theodorus n. Grecus ex patre Theodoro epo de civitate Ierusalem sed. a. 6. m. 5. d. 18. H. ord. ep. 46. pr. 21. di: 4. LXXV